eſt $\frac{-}{-}$ o, delentur quidem litteræ omnes, ſed quantitati litterali præfixus ſemper intelligitur coefficiens 1; ſic $\frac{abc}{abc} = \frac{1abc}{1abc}$ $\frac{1}{1} = \frac{1}{1}$ 1. Et quidem dum dividitur abc per abc, quæritur quoties abc continetur in abc. Sed quantitas quælibet ſemel in ſeipſa continetur. Quare in hoc caſu, quotus eſt ſemper unitas. Quod ſignorum leges ſpectat, eædem omnino ſunt quæ pro multiplicatione, nempe ſi + dividatur per +, & − per −, quotus ſigno + afficitur; contra autem ſi dividatur + per −, vel − per +, quotus afficitur ſigno −. Tota explicatæ operationis ratio evidens eſt ex ipſa diviſionis natura; cum enim productum ex diviſore in quotum dividendo æquale eſſe debeat, manifeſtum eſt quotum ex diviſione quantitatis negativæ per negativam, oportere eſſe poſitivum. Ponamus enim eſſe negativum; jam productum ex quoto negativo in diviſorem negativum foret poſitivum, ac proinde non rediret quantitas dividenda quæ ponitur negativa. Simili ratione demonſtrantur aliæ ſignorum leges.

Eodem plane modo operandum eſt in aliis diviſionibus utcumque compoſitis. Ita ſi dividi oporteat $9ab^2 - 15a^2b + ba^3$ per $-3ab + 2a^2$. Singuli termini ita diſponi debent ut ſumatur di-

Exemplum.

$6a^3 - 15a^2b + 9ab^1$	
$6a^3 - 9a^2b$	$a^2a - 3ab$
$*- 6a^2b + 9ab^2$	$3a - 3b$
$+ 6a^2b - 9ab^2$	
* *	

 viſio-